ARCHIEPISCOPI BITVRICENSES.

A Benedicto Vernerio Monacho S. Sulpitij.

1. S. VRSINUS. Decio Imp. Sedit annos 27. Obijt IV. Kal. Januarij. An. 253.
Corpus eius, ut Gregorius Turon. narrat, extra muros inventum, translulit Probianus Archiepiscopus cum Germano Parisiensi, in Ecclesiam b. Symphoriani. Idem corpus à Philippo Archiepiscopo in suo sarcophago inventum in eadem Ecclesia, retro altare, quod S. Ursini nomine consecratum, anno 1239. & postea iterum à Joanne Cordis Archiepiscopo anno 1475.

2 S. SENICIANVS, S. Ursini discipulus, conditus est in Ecclesia S. Crucis, quam dicitur aedificasse. Sedit ann. 26. 280

3 S. AETHERIUS. Sedit ann. XI. Sepultus in aede Sanctae Crucis. 296.

4. D. THEORETUS. Sedit ann. 23. 307

5 S. MARCELLUS. Sedit ann. 7. 330

6 S. VIATOR. Conditus in aede Sanctae Crucis. Sedit an. 17. 337

7 D. LEOTHERIUS. Sedit annos 9. 354

8 D. PAUPER. Sedit ann. 14. 363

9 S. PALLADIUS. Sepultus in Ecclesia sui nominis. Festum eius celebratur 6. Id. Maij; Sedit ann. 7. 377

10 D. VILICUS. Sedit ann. 28. 384

11. D. AVITUS. Sedit ann. 19 412

12 S. LEO. Interfuit Synodo Turonicae. Sedit an. 17. Synodus habita Severino Consule 461. 431.

13 S. PALLADIUS II. Sedit ann. 13. Obijt 6. Id. Maij in Monasterio Marciliaco Caturcensis territorij, ut legitur in veteri martyrologio S. Austregisili de castro 448.

14. S. EULODIUS. Sedit ann. 9. 461.

15 S. SIMPLICIUS, de quo Sidonius lib. 7. Eius corpus conditum in Ecclesia de Castro, quam ipse condiderat, sed aucta postea à beato Austregisilo eius nomen sumpsit. Sedit ann. 7. 470

16 S. TETRADIUS. consecravit Oratorium S. Mariani Monachi apud Spinolaium vicum 477
auctore Gr. Turon. Interfuit primae Synodo Aurelianensi. Sedit ann. 19.

496.

17 D. RORICIUS. Sedit ann. 12. 508.

18 D. SYAGRIUS. Sedit ann. 19.

19 S. HUMATUS. Puer Judaeus à patre in fornacem vitreariam conjectus, à b. Virgine 527
eripitur, ubi aedes illi sacta, quae à Furno-calido cognominata. Sedit ann. 4.

531.

20. S. HONORATUS. praefuit 2ae Synodo Aurelianensi. Sedit Episcopus ann. 5.

537.

21 S. HONORATUS II. praefuit Concilio Arvernensi. Sedit Episcopus ann. 3.

22 S. ARCHADIUS. Interfuit Synodo 3ae Aurelianensi. S. Patroclus Columbariensis monasterij 540.
fundator, ab Archadio Diaconus creatur. Sedit Episcopus ann. 5. Sepultus in Basilica
S. Symphoriani juxta S. Ursinum.

23. S. DESIDERATUS. cuius vitam scripsit quidam Abbas Bonivallensis simplici sermone. 545.
Tres fratres fuere nobili genere è Sanciaco oppido Suessionico, Desiderius
Monachus et Martyr, Deodatus custos Thesaurorum regalium ab aemulis necatus,
Desideratus Auricularius Regis, et eius Sigillum gerens. Arianam quandam haeresim,
qui Aeduorum civitatem inficiebat, regno expulit. Simoniacam labem, quae Arvernos et
Bituriges polluerat profligavit, à Rege Clothario Archiepiscopus post Arcadium
promotus, in Hispaniam gravi de causa profectus, pluviam precibus obtinuit, qua
septem annis caruerant. Synodo quintae Aurelianensi interfuit anno 552. Forbius
Aniciensium (qui nunc Podiani dicuntur) Epus, adulterij convictus Episcopatu
abdicatur per Flavianum. Obijt die Dominica 8. Id. Maij, cum sedisset ann. 9.

24 S. PROBIANUS. Cuius meminit Fortunatus in Lib. de Miraculis S. Hilarij. Idem cum 554.
Germano Epo Parisiensi elevavit corpus S. Ursini, ut scribit Greg. Tur. lib. de gloria
Confess. c. 80. Fuit in Concilio Paris. Obijt ad Limina Apostolorum profectus, se-
pultusque est apud S. Laurentium extra muros Urbis Romae. Sedit ann. 8.

25. S. FELIX. Cuius tempore Lues inguinaria grassata est. Periurus quidam in Ecclesia S. 562
Stephani, ad reliquias eius sanguinis, cuius pars in Ecclesia Suburbana S. Sulpitij nunc
servatur, gravissime punitus est. Interfuit Synodo Turonicae 2ae. Obijt Kal. Januar.
anno 575. Greg. Turonensis de Gloria Confessorum. Sedit ann. 14. Vel ut alij volunt 23.

26. S. REMIGIUS. Interfuit Synodo Matisconensi. Civitas Bituricensis obsessa factione Egidij 576.
Remensis Episcopi. Sepultus in Ecclesia de Castro. Civitas post eius obitum incendio cremata.
Turon. l. 6. c. 39. Sedit ann. 12.

27. S. SULPICIUS SEVERUS anno 9. Childeberti junioris sedere cepit. Turon. l. 6. c. 39.
Sedit tantum ann. 7. mens. 16. ut est in Breviario. Nam obijt anno 16. Childeberti teste eodem
Gregorio. Synodum apud Arvernum pro parrochya Cadurcinis fieri commonuit. Interfuit
etiam Synodo Matiscon. 2a. Ad hunc vitam [illegible] scribit Turonensis.
Obijt 4. Kal. febr. ingrediente anno 16. Childeberti. Sepultus in Eccla S. Juliani prope muros
urbis. postea translatus in Ecclam S. Ursini, ubi capsa est argentea quam Guillelmus Godardi
Praecentor quondam Turonensis suo sumptu fecit.

28. S. EUSTACHIUS Archidiaconus Augustodunensis. Huius tempore Guntramni Regis fi- 595.
lius a daemonio liberatus est ad Ecclam S. Mariae de Sales. Sedit ann. 12. Obijt pridie
Kal. Januarij. Meminit Turon. l. 10. hist. c. 25.

29. S. APOLLINARIS. Situs in Ecclesia S. Austregisilij de Castro. Sedit ann. 9. Obijt 3. Non. Octobris 607.

30. S. AUSTREGISILLUS. Guntramni Regis Mapparius. Clericus detonsus ab Aunario Episcopo Al- 616.
tissiodorensi, et Subdiaconus factus, tum ab Aetherio Lugdunensi Presbyter et abbas S.
Nicetij. Sedit ann. 12. Obijt 13. Kal. Junij. Huius corpus repositum per b. Raunacum
Nivernensem Epum. Situs in Ecclesia de Castro. Miracula eius, unum quo tempore Eudo Princeps
Bituris residebat.

31. S. SULPICIUS II. Cuius de vita et miraculis Libri V. in Ecclesia Cathedrali leguntur. 628.
Vitam etiam scripsit Joannes Ferrandus monachus Casalis Benedicti. In Vastinio Biturigum
vico natus. Obijt 16. Kal. febr. Sedit ann. 19. Conditus est in Navensi Monasterio.

32. S. VULFOLEDUS. Is est Vulfoledus, de quo vita Sulpitij. Interfuit Concilio Cabilonensi. 641
Sub eo floruit S. Eustadiola abbatissa Medij Monasterij et fundatrix intra urbis moenia,
quae obijt 6. Idus Junij. Sepulta in Ecclesia S. Pauli extra muros. Migravit 5. Kal.
Januar. Sedit ann. 20. 661.

33. D. ADO vel ALDUS. Sedit annos 21. menses 6. Obijt 8. Idus Octobris.

680.

34. D. AGOSENUS sive ADOLENUS. Sedit annos 14. Obijt XI. Kal. Novembris.

35. D. ROCHUS. Sedit ann. 40. 696.

36. D. SIGINUS. Per haec tempora floruit S. Ambrosius Episcopus Caturcensis cuius 737.
corpus in abbatia Regularium S. Augustini prope muros urbis Bituricae. Locus est

PDF Creator Trial

ad sepulturam, nomine Brisiacus, in honorem S. Petri Apostoli, et S. Ambrosii Episcopi. Hunc locum restituit Gaufridus Vicecomes Bituricensis anno 1012. Canonici primum seculares fuerunt, post Regulares collocavit Philippus Archiepiscopus an. 1151. Sedit annos 24.

37 D. LANDRARIUS, vel LAUDARIUS. Pipinus obsidet Bituricas, cepit, et munijt adversus Waifarium. Sedit ann. 4. 760.

38 D. DEODATUS. Pipinus apud Bituricas Pascha egit anno 766. Sedit ann. 9. 764.

39 D. SEGOLENUS. Sedit annos 5. 773.

40. S. DAVID. Huius hortatu Carolus Magnus puellare Coenobium struxit, et dotavit ad D. Laurentij, vel potius olim D. Jacobi memoriam. cuius cooperator fuit Ludovicus filius, tunc Rex Aquitaniae. Ubi et S. Eufrasia Caroli Magni filia vitam duxit. Sedit annos 30. conditus ibidem in D. Laurentij iuxta corpus S. Asclepij Episcopi Lemovic. qui adjutor fuerat in fundatione impetranda à Carolo. 778

41. D. BERLANNUS. Lambertus Comes Bituricensis cum Carolo in Hispaniam profectus multas retulit reliquias. Sedit ann. 12. 808.

42 D. ERMENARIUS. Sedit ann. 7 820

43 S. STEPHANUS. Sedit ann. 8. Obijt Idib. Januarij 827.

44. D. ERMEMBERTUS. Sedit ann. 5. dies 3. 835.

45 D. EBROINUS. Sedit dies (non annos) 30. 840

46. S. AIGULPHUS, vel AUILFUS, ab eremo ad Episcopatum ascitus, relicto Episcopatu eremum repetijt. Obijt XI. Kal. Junij. sepultus in Ecclesia sui nominis (St Hou) Sedit an. 1. et aliquot menses (non an. 26. ut est in veteri Catal.) 840.

47. S. RADULPHUS. Monasterium Dovernense extruxit, et aliud in Lemovicino Coenobium Belliloci. S. Jacobus Eremita apud Sacciacum vicum (qui nunc dicitur Capella-belonis) B. Radulphi obitum praedixit. Obijt XI. Cal. Jul. conditus in aede S. Ursini. Sedit an. 25. 842

48 S. WLPHADUS. Normanni urbem capiunt, et S. Sulpicij Monasterium incendunt 868. Sedit ann. 9. dies 12. Puto eum esse, qui conditus in aede D. Laurentij inter reliquias SS. Davidis et Asclepij vocatur S. Florent et S. Wlgant. 867

49 D. FROTARIUS. Sedisse dicitur ann. 14. sed puto sedisse tantum ann. 3. et dieb. 14. quia cum transijsset à Burdegalensi sede ad Pictaviensem, indeque ad Bituricensem sine 876.

Pontificis auctoritate, Caroli Calvi favore, Carolo mortuo jussus est à Joanne Papa
in Synodo Trecensi Pictavos redire anno 878. 7. Id. Sept. Gaguinus lib. 5. Sepultus
Pictavis in S. Cypriani Monasterio quod condidit.

Primo al. Frotarius Epus Pictav.

50. D. ADACIUS. Sedit annos 19. menses 8. dies 7. Vacat sedes menses 4. 879

51. D. MAALBERTUS. Sedit an. 3. menses 8. dies 10. Vacat sedes menses 4. 899

52 S. GERONTIUS. Monachi dicti Dolensis ab hostibus devastato translati sunt 903
in castellum Virzionense à Gerontio et Capitulo Ecclesiae Cathedralis, accedente
consensu THEOBALDI Comitis eius loci. Inde Monachi Virzionenses pendent ab dicta
S. Stephani in electione sui abbatis. Corpus S. Juliani Cenomanis Bituricas translatum
ad Ecclesiam S. Austregisilli. Unde ad S. Capellam translatum à Joanne Duce. Ebbo Princeps
Monasterium Dolense construit in honorem Salvatoris et b. Gildasij, cuius corpus cum aliis
multis è Britannia attulerat Daocius Abbas Ruiensis Carnoti. Ebbo adversus Nor-
mannos pugnans caesus, mortuus est Aureliis, et ad S. Anianum sepultus, Radulpho filio relicto,
et Launo Archidiacono fratre. Sedit ann. 40.

53 D. LAUNUS, Ebbonis Principis frater. Radulphus Ebbonis filius Castrum Radulphi 943
condidit, Monasterium Dolense absolvit, et corpora Sanctorum Gildasij, Albani, Princij,
Paterni Venetensis Epi, et Brigidae Virginis ibi collocavit. Caput S. Paterni monasterio
Exoldunensi concessit. Haec sub Gerontio gesta. Sedit ann. 7. obijt 7. Kal. Junij 950.

54. D. RICHARDUS. Sedit ann. 9. obijt 13. Kal. Decemb. Divitijs impensius aequo inhiabat 950.

55 D. HUGO. Richardi superioris nepos. Monasterio S. Sulpitij Ecclesias quasdam à Richardo 959
ablatas restituit, Herbiberto Abbati, Byriacum, Biacum, Aloniacum, et Vassellacum. Extant li-
terae in eadem Abbatia datae anno 983. Indict. XI. Sedit ann. 25. obijt 1. Januar.
Vacat annis 3. 987

56 S. DAGBERTUS. Monasterium Puellarum S. Petri datur octo Canonicis secularibus, Dag-
berto Archiepo, et Gaufredo Vicecomite. Iidem Canonici instituti in Ecclesia b. Mariae de Salis,
quod nomen à loco Salarum, unde Monachi à Danis pulsi Bituricas secesserant. Acta
regnante Roberto Rege, et Constantia Regina. Idem Gaufredus anno 1012. Ecclesiam
S. Petri et S. Ambrosij restauravit, et auxit redditibus. Gaufredi uxor Eldeburgis, filij Odo
et Ebbo. pater Gaufridi Rodulphus. Sepultus est Dagbertus in Ecclesia S. Austregisili de Castro.
Visitatur à mulieribus prolis causa. Celebratur 5. Kal. Martij, Sedit ann. 25. mens. 8. Vacat mens. 3.

57. GAUZLINUS vel WAZLENUS apud Floriacum nutritus, ibidem Abbas fuit. Sedit an. 1013
17. mens. 5. dieb. 7. obijt 13. Kal. Octob. sed in martyrologio Dolensi obijsse dicitur 4.
Id. Martij. Vacat mens. 3.

58. D. AYMO. Cuius frater fuit ARCHEMBALDUS Princeps Borboniensis. quo postulante 1030.
exhumavit corpus S. Leopardini apud Monasterium Vinaciense. Habuit Concilium Pro-
vinciale Henrico Rege in Biturica civitate. cuius mentio in Tabulis S. Sulpitij, ubi nomi-
nantur Episcopi Rainco Claromontensis, Hugo Nivernensis, Durandus Caturcensis. Ma-
tildis filia Simonis militis in castro S. Satyri suo, in honorem S. Petri et S. Satyri Canonicos
instituit cum ODONE Comite Palatij, quem illa sibi subrogarat. Herpinus Comes
Bituricum, profectus in Syriam Comitatum Henrico Regi vendidit 60. millibus nummum.
Moritur Nonis Junij, sed obijt in Dolensi Martyrologio 3. Kal. Junij. Sedit ann. 40.
mens. 5. dies 5.

59. D. RICHARDUS II. Monachus, electus Aymone, consecratus est Bituris die in Pascha
9. Kal. Maij 1071. Monasterium Plenipedense aedificavit et dotavit. in quo demum obijt
5. Kal. Maij. Sedit ann. 21. Vacat anno fere uno.

60 D. ALDEBERTUS, vel Hildebertus, fuerat abbas Dolensis. Multa contulit Plenipedensibus 1093.
obijt prid. Non. Septemb. vel 5. eiusdem mensis, ut alijs placet. Sedit ann. 4. mens. 8.
dies 16.

61. D. LEODEGARIUS. Quidam Comes in Syria residens, reliquias SS. Cornelij et
Cypriani Romae obtinuit, et monachos Vallis Umbrosae, quorum Prior erat Andreas, in
Galliam duxit, eisque in Aurelianensi agro Coenobium Corneliacum condidit. Eo exemplo multi
alios Prioratus condiderunt. Idem Andreas in agro Bituricensi Casalebenedictum inchoavit.
Leodegarius dedicavit in honorem B. Mariae et SS. Petri et Pauli ecclesiam, et Andream ipsum ibi
Abbatem constituit. Idem Leodegarius a Paschali Papa obtinuit, ut in Ecclesia S. Ambrosij Ca-
nonici Regulares loco Monialium statuerentur. sed post eius obitum Moniales iterum restitutae.
Sedit ann. 22. m. 8. d. 12. obijt 9. vel XI. Kal. Aprilis 1120.

62 D. VULGRINUS. Sugerium abbatem S. Dionysij benedixit. Extant ad eum tanquam 1120
Aquitaniae Primatem litterae Episcoporum W. Santonensis, G. Petrocoricensis, et W. Pictaviensis,
adversus Girardum Engolismensem, qui Anacleto adhaerebat, itemque Vulgrini ad ipsos contra
Anacletum. S. Ursini Canonici cum S. Stephani Capitulo societatem inierunt. Dedit dono
dorsale argenteum, quod ibi ponitur in altari festis solemnibus. Sedit ann. 15. m. 8. d. 16.

PDF Creator Trial

obyt 6. Idus Januarij an. 1136. Jacet in choro maioris Ecclesiae.

63. D. ALBERICUS. Radulphum Abbatem S. Satyri, et Monachos liberauit à processione 1136.
qua singulis annis tenebantur adesse primis Vesperis inuentionis S. Stephani in Ec- 141
clesia Cathedrali anno 1139. Sedit an. 3. m. 9. sepultus in Basilica monrij Locirégij
ante altare. Hic Albericus requiescit Bituricarum Primas Magnificus modo
maior in arce polorum. Vacat an. 1. m. 3.

64. D. PETRUS DE CASTRA. Ab Innocentio Romae consecratus, cum electus fuisset renitente 1141
Rege, qui hunc nolebat. quae controuersia durauit sub Innocentio, Calixtino, et Lucio. Eu-
genius Sampsonem Remensem usu pallij priuauit, quod Ludouicum Regem Bituricis neglecto
Petro coronasset, cum G. Suessionensi, A. Atrebatensi, O. Belnacensi, T. Ambianensi, S. Siluane-
ctensi, et G. Catalaunensi Epis. Extant eiusdem Eugenij ad eundem Petrum litteras, quibus Primatum
eius confirmat an. 1145. Domum Archiepiscopalem amplificauit, et litteras à Ludouico Rege obtinuit,
ne domus mortuis spoliarentur, ut moris erat. Ortus in oppido Castra erat. Sedit an. 30. dub. 20.
subductis. Obyt anno 1171. Kal. Maij. Jacet in choro Ecclesiae Cathedralis sub lamina aerea
sibi et Simoni de Soliaco communi, cum Epitaphio.

65. D. STEPHANUS. Abbas quondam Doliensis. Immunitatem totius claustri et ambitus S. Stephani 1171
à Rege obtinuit. Concessione eius 18. Canonici in S. Austregesili de Castro addecostituit.
Sedit an. 2. d. 13. Obyt Idib. febr. alias 7. Kal. febr. an. 1173. Vacat an. 2. mens. 9.

66. D. GVARINUS DE GIRARDO Abbas Pontiniacensis Ord. Cistber. Statuit ne praebendae in 1175
Ecclesia sint plures quàm 30. Ita ut Canonici Ecclesiae Medij monrij non cogantur una cibum
capere. 1178. visitauit ut Primas Prouinciam Burdegalensem. Sedit an. 6. m. 3. d. 9.
Obyt 16. Kal. aprilis in XL^{a}. Successit ei HUMBERTUS Archidiaconus, sed ante consecratione
obyt. Vacat duobus fere annis.

67. D. HENRICUS DE SOLIACO nepos D. Osberni Abbatis Bonensis. frater D. ODONIS 1183.
Episcopi Parisiaci, et Cantoris Bituricensis. Ordinatus à Guillelmo Templensio Monacho
Ordinis S. Benedicti, clando natura, Archiepiscopo Burdegalensi. Confirmationem Primatus
obtinuit à Lucio III. Vrbano III. Coelestino III. Isti sunt qui debent portare D. Archiepiscopum in
Card. aduentu suo, D. de Megduno, cui si praesens fuerit competit habere annulum dni Archiepi,
dns S. Palladij, D. de Albiniaco, D. de Monte falconis, Vicecomes de ..... D. de Linieris,
D. de Castra, D. de Chantilla, D. de Fontenayo, d. de Boenis. Guillo Burdegalensi
Archiepo succedit Helias, Cardinalis et Legatus ab Vrbano III. per Prouinciam Bituricensem.
Concilium apud Karrofium. Sedit an. 17. Obyt 3. Id. Septemb. Sepultus in Abbatia Loci-
regij cum D. Alberico. Hic bonus Henricus vir nobilis & Patriarcha Quondam Bituricus
tumulo jacet huius in arca. Philippus Augustus muris cingit arcem Bituricensem, et
ob hoc caementarium dedit de Salis destructum.

68. S. GUILLELMUS. Archiepiscopus Dico Nivernensi nobili loco natus, primum Grandimontensis, post 1200
Cisterciensis Ordinis Pontiniacus, inde Abbas fontisJohannis, tum Caroli loci. Denique
Archiepiscopus Bituric. Consecratus ab Helia Archiepiscopo Burdigalensi. Obiit 5 Id. Januarij.
Sepultus in Ecclesia Bituricensi. Sedit annis 9.

69 S. GERALDUS WLGRINI ex Canonico. Reduxit Canonicos S. Mariae de Salis ad XII. Rexit 1209
menses [illegible] Episcopo defuncto Lexoviensi (?) eligendi potestatem à Geraldo. 1211. mense July. Romam
profectus canonizationem S. Guillelmi obtinuit ab Honorio III. cuius corpus reliquias una cum
Episcopis et Abbatibus elevavit Nonis Maij 1217. Obiit Nonis July 1218. Sedit ann. 9. m. 3.
Vacat sedes mensibus 6.

70. D. SIMON DE SOLIACO Cantor Bituricensis, nepos HENRICI, fratris ARCHIMBALDI
Card. Principis dni Capello-bilonis, consanguinei Philippi Regis Franciae. Adversus Albigenses 1219.
strenue se gessit. Legatus ab Honorio in Provincia Turonensi et Burdigalensi (?). Cardinalis à Gre-
gorio IX. S. Caeciliae creatus, Legatus in regno Franciae et partibus transmarinis 1229.
Anno 1228. Synodum coegit, ad quam cum Archiepiscopus Burdegalensis venire renueret, eum sus-
pendit ab officio. Statuit ut Cantor Bituricensis Prior sit dictae puellarum, et habeat col-
lationem praebendarum eius. Hoc sedente accidit Bituricis miraculum de equo qui hostiam ve-
neratus est avena relicta, agente S. Antonio Paduano. Guialdus Judaeus conversus [illegible]
D. Petro condidit, quod à Guialdo nomen habet. Sedit annos 14. Obiit VI Id. Augusti.
Jacet in Choro Ecclesiae cum Epitaphio. Vacat sedes ann. 3.

71. S. PHILIPPUS. Turonis vel [illegible] oriundus. frater germanus b. Guillelmi Gualdo Berruyer. 1236.
Primum Canonicus, deinde Archidiaconus Turonensis, post Episcopus Aurelianensis post [illegible]
annis praefuit 14. Tum à Gregorio IX. translatus Bituricas. Fratres Praedicatores in urbem
Joigny recepit an. 1239. Borbonio quodam Principe, et BLANCHA filia Comitis Joigniaci dna quondam
Virzionis impensas suppeditantibus. Hugo Episcopus Claromontensis ab Innocentio IV. baculo
privatus, quod Philippo convitiatus, et ad eius Synodum venire recusaret, Philippi precibus
pedum recepit. Visitat Provinciam Burdigalensem [illegible] à 6. Archiepiscopis et alijs. Bituricas in-
cendio flagrante ann. 1252. in Vigilia Nativit. S. Johannis Bapt. Obiit feria 6. dies S. Guillelmi
an. 1260. Sepultus est in Choro Ecclesiae cum Epitaphio. Sedit ann. 24. m. 4.

72 D. JOHANNES DE SOLIACO ex Decano. Synodum habuit 1263. Burdegalensem Provinciam visitavit 1261.
an. 1265. Nepos Simonis Archiepiscopi. Sedit an. XI. m. 8. Post eum electus Gaufridus de Ponte-
Cheuroso (?) Decanus Parisiensis, obiit ante consecrationem. Vacat sedes ann. 3. m. 3.

73. D. GVIDO DE SOLIACO. Ordinis Prædicatorum. Sedit ann. 4. m. 8. d. 25. Obijt 3. Non. Martij 1276.

1280. Jacobin Conventu S. Dominicj. Vacat 9. mensibus. 142

D. SIMON DE BELLO-LOCO in Bria, Archidiaconus Carnotensis, creatus X. Kal. Januarij 1281

74. à Martino Papa. Cui JOANNES DE SOLIACO Canonicus electus jus suum resignarat.

Visitavit provinciam Burdegalensem an. 1284. Synodum Bituricensem habuit an. 1286. in qua edidit

Card. constitutiones. Dimisso Archiepiscopatu factus est Cardinalis Prænestinus, et Legatus in Francia

et Transmarinis. Obijt 7. Kal. Sept. vel 7. Id. octob. Sedit ann. 14. m. 2.

S. AEGIDIVS DE ROMA de ordine Heremitarum S. Augustini, à Bonifacio Papa creatus in 1296.

75. locum Simonis. De familia Columnensium natus, teste Bergomate. Præceptor Philippi

IV. Regis, quo auctore Librum de Regimine Principum scripsit. Interfuit Synodo Viennensi,

in qua ordo Templariorum deletus est. Augustiniani per eum in urbe collocati. Minorum Ecclesia

adhuc ædificabatur 1296. hæc fundari cœperunt sub Johanne de Soliaco per HERVEUM dominum

Virzon Virsionis, et Johannam de Marzillya illius sponsam anno 1270. Cardinalis creatus est, sed

mortuus ante promulgationem. Obijt 5. Idus Augusti Parisijs, in Conventu Augustinianorum se-

pultus. Vacat sedes mensibus 8.

D. REGINALDVS DE PORTA. primo Epus Lemovicensis, deinde Archiepus Bituricensis, postea 1316

Card. 76. Cardinalis Ostiensis. Ecclesiasticas Constitutiones pro Clero suo edidit. Sedit ann. 4. m. 1.

D. GVILLELMVS DE BROCIA, primo Aniciensis, deinde Meldensis, postea Bituricensis Archiepiscopus 1320.

77. fuit. Corpus S. Austregisili elevavit die Lunæ post Pascha anno Domini 1324. et eodem

anno dedicavit Ecclesiam Bituricensem die Dominica ante festum b. Nicolai æstivalis, ut habetur

in veteri Libro dictæ Ecclesiæ. Fuit deinde Archiepiscopus Senonensis. Sedit ann. X.

FVLCAVDVS DE RVPECAVARDI. Lemovicensis, antea Noviomensis. Sedit annos XII. m. 9. Obijt 1338

78. 7. Id. Aug. Eius est mausoleum in medio Choro, altum duos vel tres cubitos.

S. ROGERIVS. Patria Lemovicensis, ex castro de Terinis originem ducebat, patre GOSFRIDO eiusdem 1343

79. castri domino, matre N... sorore Guillelmi de Capella Taillefer Episcopi Tolosani Cardinalis.

Fuit primum Epus Aurelianensis, postea Lemovicensis, postremo Bituricensis Archiepus. Monasterium

Terinis fundavit, et Cælestinos in eo collocavit. Xenodochium item in Marchia. Urbs Bi-

turicensis salva Ecclesia et Episcopali domo arsit an. 1353. Obijt nonagenarius, in Cathedra-

li Ecclesia conditus. Fiunt ad eius tumulum miracula. Inscriptum est Epitaphium. Sedit an-

nos 24. menses 6. Vacat mens. 6. Joannes Dux anno quo migravit Rogerius fundavit Missam quæ

singulis diebus ad auroram dicitur in altare b. Virginis, retro altare b. Guillelmi.

D. PETRVS DE STAGNO Ruthenis oriundus, Ord. S. Benedicti. Cardinalis creatus 1368.

80. Card. 7. Jun. die Veneris ann. 1370. Vicarius Papæ intravit civitatem Perusinam. Sedit ann. 2

dies XI. 1370

81. D. PETRVS DE CROSO. postea Cardinalis Arelatensis, cum sedisset annos 4. minus

Card. quinque hebdomadas.

PDF Creator Trial

82. Card. D. BERTRANDUS DE CHANACO. S.R.E. Cardinalis tit. S. Potentianae. Car- 1374.
melitani urbem inhabitare coeperunt an. 1374. et Ecclesiam aedificarunt in loco qui Noyde-
balleo vocabatur, in possessione Joannis Polardi civis Bituric. Clemens VII.
orta inter Epum et Capitulum controversia, immunes et liberos à visitatione Archiepiscopi
Canonicos declaravit, anno 13. Pontificatus sui. Sedit an. XII.

83. Card. D. JOHANNES DE RUPECAVARDI, illustri genere ortus. transiit inde ad Arelatensem. 1386.
Obiit Cardinalis. Sedit ann. V.

84 D. PETRUS AYMERICUS. Joannes Dux Bituric. S. Capellae absoluit, atque in eam die 1391
Paschae 1405. Canonicos introduxit. praesentibus Petro Tolosano Legato Franciae,
Petro Bituricensi, Vitali Tolosano Archiepiscopis. Helia Aniciensi, et Petro Aquensi
Episcopis. Creatur Patriarcha Alexandrinus, et administrator perpetuus Ecclesiae
Carcassonensis. Obiit X. Kal. Martij. Sedit an. 18.

85 D. GUILLELMUS BOYSRATERIUS, civis Bituricensis, ex Canonico S. Capellae, et 1410
Decano Bituricensi, Bononiae jus publice professus. Iniit 18. Maij 1410. Monasterium S.
Sulpitij à Burgundis incensum suis sumptibus restaurari curavit. In Concilio
Constantiensi unus fuit de Electoribus Martini V. Vas aureum dedit Ecclesiae
Illidianae Claromont. ad condendas reliquias S. Clementis; pro quo duos digitos
ex reliquijs obtinuit, unumque in S. Sulpitio, alterum in S. Ursino posuit. Romae
sepulcrum S. Caeciliae in Catacumbis decoravit 1419. Obiit 14. Kal. Aug. 1421.
Sepultus in choro cum Epitaphio. Sedit an. 12. d. 14.

86. D. HENRICUS LAVANGUORDUS. Edidit Statuta pro Curia Officialatus sui 12. octob. 1421
1431. quae postea Guillelmo Cambraico declarata, à Francisco Turnonio edita et
expressa prodierunt. Cum haberetur suspectus de lepra, cessit Joanni Cordis, reliquum vitae
egit in Monasterio de Nigrolacu Ord. Cisterc. ubi sepultus est cum hoc Epitaphio, Hic
jacet defunctus bonae memoriae D. Henricus de Lavangone quondam Bituricensis
Archiepiscopus Aquitaniae Primae. Qui obiit die 13. mensis Octobris an. Domini
1446. Sedit an. 25. m. 2.

87 JOHANNES CORDIS, filius Jacobi, qui domum toto regno celeberrimam struxit. 1446.
Egregius Concionator, et pietate ac munificentia in Ecclesias conspicuus. Con-
stitutiones Ecclesiasticas edidit. Visitationis b. Mariae festum instituit. Universitas
Biturica erecta, et à Paulo II. confirmata 1465. Urbs inclusa anno 1467. postea

PDF Creator Trial

Ascensionis. Corpus S. Ursini in capsa inspexit Ludovico XI postulato, cum Leporicenses illud habere se jactarent an. 1475. Postea correptus apud S. Sulpicium, ubi Abbas erat, obiit 7. Kal. Julii an. 1493. Jacet in choro ecclesiae cathedralis. Sedit an. 36. m. 9 dies 7. Vacat sedes an. 1. m. 3. Quo tempore Petrus Cadoetus, Rege qui electionem impediebat, agente Episcopatum [illegible] recit. Post electus est Guillelmus Cambraicus. sed Rex volebat ut Cadoetus praeesset, successuro Cambraico si superstes foret.

88. D. PETRUS CADOETUS, Prior S. Mariae de Sales, et Regis Ludovici Eleemosynarius. 1483.
Adhuc Prior Monasterium S. Clarae in urbe fundarat. Anno 1487. die S. Magdalenae urbs arsit, allato capite S. Sulpitii ignis retro cessit. Reformata Congregatio Casalis Benedicti inchoata per Petrum de Masso Abbatem ejus loci. Obiit pridie Kal. Aug. 1492. Conditus in S. Maria de Sales cum Epitaphio.

89. D. GUILLELMUS CAMBRAICUS. XXX. annis Consul regius fuerat. Initt anno aetatis 63. Monasterium S. Sulpitii reformatum an. 1497. colonia ducta de Casali Benedicti. Conventus puellarum de ordine Annunciationis institutus a Johanna relicta Ludovici XII. hortatu Guillelmi. Joanna Ducissa in puellarum aede sepulta, non sine miraculis. Edidit stylum Jurisdictionis Ecclesiasticae. Nepos fuit Stephani Cambraici Episcopi Agathensis. Obiit ultimo augusti an. 1505. Jacet in choro ecclesiae cum Epitaphio. 1493.

90. D. MICHAEL DE BUCIACO. Nothus, ut fama, Ludovici XII. Electus anno vix duodevicesimo, Rege postulante. Mortuus VIII. februarii 1511. sepultus in choro maioris ecclesiae. Sedit ann. 6. m. 5. d. 8. Vacat an. 1. m. 5. d. 22. 1506

91. D. ANDREAS FORMENUS ex Scotia nobili stirpe natus, ex Episcopo Moraviensi in Scotia. 1514.
Caput B. Luciae Romam delatum in cathedrali ecclesia collocavit. Sedit an. 1. m. 4. d. 20. Tum factus est Archiepiscopus S. Andreae.

92. D. ANTONIUS BOHIERUS Arvernus, Monachus, Abbas S. Audoeni, deinde Fiscanensis, tum Archiepiscopus Bituricensis, deinde Cardinalis S. Anastasiae. Fuerat unus ex primis Praesidibus Senatus Rothomagensis a Ludovico XII. erecti an. 1490. Templi cathedralis testudinem restauravit. Turrim maximam perfecit. Auditorium renovavit. Ecclesiam reditibus et ornamentis auxit. Synodicas constitutiones edidit an. 1519. Blesis 1515

obijt in Aula. unde cadaver allatum extra Chorum Eccl(esi)ae conditum est. Sedit ann. 4. m. XI. Cum Epitaphio. Vacat m. 1. d. 13.

93. D. FRANCISCUS BVELLIUS filius Comitis Sacrocaesaris. Thesaurarius sacrae aedis Palatij, Doctor, Canonicus Bituricensis, electus die 45. post mortem antecessoris. 1519
Sed quia Guillelmum Parvi Ord. Praedic. Regis Confessarium ab eo postulatum fuerat, electio ipsa à Leone Papa Francisco approbata est an. 1521. Kal. July. Sedit an. 3. m. 8. dies XV. Obijt Parisijs. Sedet ann. V. m. 2. d. 15. Vacat sedes m. 2. d. 10. Corpus Bituricas relatum sepelitur in choro cum Epitaphio. X

94 D. FRANCISCUS DE TURNONE. Ludovicae matris Francisci favore provectus, 1525
Card primum Archiep(iscop)us Ebredunensis, deinde Bituricensis, postremo Auxitanus. Mortuo Buellio, pars Jacobum de Brolio Canonicum (qui sepulturae divi... sub crypta inferiore opus egregium 900. aureis fecit) pars Franciscum de Turnone elegit, qui sententia Pontificis confirmatus est. Synodum Bituricae habuit ann. 1527. Cardinalis creatus est, post cessit Jacobo le Roy et Auscios migravit. Sedit an. 12. m. 4. d. 18.

95. D. JACOBUS LE ROY. (Ch) Sanigniaco castro et legitimo patrimonio natus, ex Dunorum Comitum propagine. 1536

X

93 Franciscus jacet hic à stirpe Buellius idem, Sanguinis idem animi nobilitate valens.
Biturigum Praesul qui pridem electus in aede Invito asseruit Principe jura sua.
Hocque reluctante abs Romano Praesule litis Hinc inde expressae judicium obtinuit.
Post hoc saevitiam - - - - - - - - - - - Intrepido semper pectore sustinuit.
In quo juraverat semel et servaret ad unguem Ordinis et Cleri libera jura sui.
Pauca breves annos licet huic dedit invida virtus, Nomen inextinctum perpetuumque dabit.

PDF Creator Trial